

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

8. Qui maximè sint zelotypi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

cebunt aqua ista amariſſima, in quas maledicta congeſti &c. Ita quodammodo, quasi per continuum miraculum, olim, apud Iudeos, adulterij ſcelus explorabatur: partim, ne ſi factum, quod iſuſcipabantur, probare non poſſent Zelotypi, vxores occiderent; partim, ut amota omni ſuſpicioſe ac metu, coniuges inter ſeſe læto animo ſerenoque vitam agitarent. Apud Christianos quoq; olim mulieres ſuſpectae de adulterio ſe putabant ferri candardis innoxio tactu calcatiue, quod de S. Kunigunda Imperatricē legimus, aut aqua oleoue feruenti; ut alibi ostendimus. Quin & per duella. Sed hæc, niſi peculiari certoque Dei iſtinctu à sanctis facta, nunc non probantur; neque enim ſunt à Deo iſtituta. Quare, tanquam quædam Dei tentatio, damnantur. Illa autem vetera Iudeorum, velut leges cariſmoniales, dudum ſunt abolita. Aboleatur & nimius ac iſtanuſ amor; fatis tunc proſpectū erit, ne in tragœdias erumpat. Quem in finem Tiraquellus hanc quoque legem ponit,

Tiraquell.
leg. xvi. coa-
nub.

connubiale: CONIVGES ZELOTYPEAM, TANQVAM PESTEM
OMNIVM TETERRIMAM, PERNICIOSISSIMAM, EXITIOSISSI-

MAM, FVGIVANTO.

Oritur hic affectus 1. à natura & genio loci. Sunt enim aliæ atque aliae nationes magis ſuſpicioſe, & in hac præſertim re, diſſidentes, quod Bodinus Italſis & Hispanis aſcribit; & de quadam gente, in Germania habetur, quaे ne minimum quidem alieni viri, cum vxoribus colloquium vult tolerare. Plutarchus memorat, apud Persas, eum non tantum, qui appellasset, & attingeret regis pellicem, ſed & qui in itinere propius prætereſtus eſſet, capite mulctatum fuiffe. 2. Oritur zelotypia à quorundam nimia ſapientia. C. Sulpitius cùm ſapere ſupra ceteros mortales vellet, vxorem ſuam repudiauit, quod aperto capite ad egressa eſſet: *Lex, inquiebat, tibi meos unius oculos praefinit, quibus formam tuam approbes: his eſt ſpeciosa, non aliorum oculis placens.* 3. Eſt & hæc imprudentia ſinitorum errans, ut omneſiū vmbra timeant, & uxores ſuas exiſtiment vniuersiſ amabiles videri, æquè ac ſibi. Non ſiunt ergo illas ſalutari, non patiuntur quoquā prodire. Quin &, ſi in templum concedant, metuant. Eſt ſanè verum illud: *Qui expellit mulierem*

Prou. 14.8.

Prou. 18.22.

Plutarch, in
Artaxerxe.

bonam

VIII.

Prov. 24.9.

bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est, & impius. Sed & ille non sapit, qui, quotquot domum suam frequentant, fures esse arbitratur: stultorumque est, putare, omnes homines esse baculi sui insidiatores. Hac cogitatio stulti p. eatum est. Ita Iustina nobilissima Romana puella ac virgo, etatis suae formosas omnes elegantia vultus supergressa, cum, locupleti quidem, sed stolido, & furenti viro in matrimonium esset tradita; de excellenti illa specie in suspicionem marito venit. Is enim candidissimam vxoris ceruicem conspicatus, inclinantis se ad calceum exuendum, furore ex Zelotypia corrupus, teneram puellam & nouam coniugem obtruncauit: quod ipse pati merebatur, nisi truncus ante fuisset. Appositè proinde epitaphio illius subscriptum est:

Discite ab exemplo Iustina, discite patres;

Ne nubat fatuo filia vestra viro.

IX.

4. Arripit Zelotypia illos non raro, qui, quod ipsi faciunt, de alijs quoque libenter suspicantur. Talis erat castissimum ille Catullus, qui Gellium ut riualem suum malignè aspiciebat, quod is à Lesbia pulcher dictus esset: quia & ipse, quas pulchras nominabat, amat. Hinc maceratus ita alloquebatur semper ipsum.

Gellius est pulcher. quid ni? quem Lesbia malit,

Quām te, cum tota gente, Catulle, tua.

Neque noua est haec suspicandi caussa. Nam & apud alium Poëtam.

Ouid. lib. 7.
Metam.

*Esse metus cœpit. facies, etasq; iubebant,
Credere adulterium. prohibebant credere mores.*

5. Galenus feminas tradit huic vicio maximè obnoxias, præfertim prægnantes, ægritudine quadam: & cuncta timemus amantes. 6. Etiam iuvenes, & ferè adhuc pueri in matrimonio collocati, faciles sunt ad suspicandum, & proni ad querelas. Non raro ita æstuant, ut mori malint, si sperata non potiantur. Ita C. Vibius adolescens intemperato amore percitus Patillit Sex. Paelle gratissima, quod alteri viro tradita, non sustinens, cruento gladio sibi met mortem consciuit. 7. Extra dubium est, Zelotypia procuratorem esse communem humani generis inimi-

cum,